

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschieden] 1559**

Scena IIII.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

## ACTVS QVARTI SCENA IIII.

AESCHINVS.

Ac. Iscrucior animi. hoccine de improviso mali

d mihi obijci

Tantum, ut neque quid de me faciam, neque quid agam, certum fiet?

Membra metu debilia sunt: animus timore obstupuit:  
pectore

Consistere nihil consilij quicquam potest. Vah quo modo  
Me ex hac turba expediam? tanta nunc suspectio de  
me incidit,

Neque ea immerito. Sostrata credit, mihi me emisse  
hanc psaltriam:

Anus indicium id fecit mihi.

Nam ut hinc forte ea ad obstetricem missa erat, ubi eam  
vidi, illico

Accedo, rogito, Pamphila quid agat, iam partus assiet:

Eo ne obstetricem accersat. illa exclamat, abi, abi, iam  
Aeschine

Sati' diu uerba dedisti: satis ad hoc tua nos frustrata est  
fides.

Hem, quid istuc obsecro inquam est? ualeas, habeas il-  
lam quæ placet.

Sensi illico id illas suspicari: sed me repressi tamen,

Ne quid de fratre garrulae illi dicerem, ac fieret palam.

Nunc quid faciam? dicam ne fratris esse hanc? quod  
minime est opus

Vsq̄ efferrī. age, omitto: fieri potis est, uti ne quæ exeat:

Ipsū id metuo uti credant: tot concurrūt uerisimilita.

Egomet

A D E L P H I

Egomet rapui: ipse egomet solui argentum: ad me abi  
ducta est domum.

Hæc adeo mea culpa fateor fieri. non me hanc rē patri,  
ut ut

Erat gesta, indicasse: exorassem ut eam ducerem domū.  
Cessatum est usque adhuc: nunc iam porro Aeschine  
expergiscere:

Nunc hoc primum est: ad illas ibo, ut purgem me ac  
cedam ad fores: ( miser.

Perij, horresco semper, ubi pultare hæcce occipio fores  
Heus, heus: Aeschinus ego sum, aperite aliquis actus  
tum ostium.

Prodit nescio quis, concedam huc.

ACTVS QVARTI SCENA V.

MITIO, AESCHINVS.

M. Ta uti dixi, Sostrata  
Facite: ego Aeschinum conueniam, ut,  
quo modo acta hæc sint, sciat.

Sed quis ostium hoc pultauit? Ae. pater her-  
cle est: perij. M. Aeschine.

Ae. Quid huic hic negoci est? M. tu ne has pepulisti for-  
res? tacet.

Cur hunc aliquantisper non ludo? melius est:  
Quandoquidem hoc nunquam mihi ipse uoluit credere.  
Nil mihi respondes? Ae. non equidem istas, quod sciam.

M. Ita? nam mirabar quid hic negoci esset tibi.

Erubuit: salua res est. Ae. dic sodes pater,  
Tibi uero quid istic est rei? M. nihil mihi quidem.

Amicus quidam me à foro abduxit modo

Huc